

"Die hunc quintadecima mensis Februarii anno a Nativitate Domini
millesimo .cccc. LX.º secundo.

In Dei eterni nomine. Ego Bervenist Samuel Bervenist,
indens habitator civitatis Gerunde, licet eger corpore tamen in meo pleno
censu, sano quidem et integra memoria ac cum firma loquela, meum
facio et ordino testamentum. Eligens exequatorem et comissarium huius
mei testamenti dominam Astrugam, uxorem meam, quam prout karissimam
possum deprecor eique plenam dono et confero potestatem quod si me mori
contingat(?) antequam aliud faciam seu ordinem testamentum ipsa
compleat et exequatur huc meum testamentum seu hanc meam ultimam
voluntatem, prout inferius scriptum inveniter seu etiam ordinatum in
primis quidem et ante ~~omnibus~~ omnia volo et mando omnia debita mea
persolvi, et omnes iniurie ad restitutionem quarum teneas per restituas,
breviter, simpliciter, Summarie et de plano, sine strepitu et figura
iudicii, prout ipsa debita seu iniurie probari poterint(?) seu ostendi

24. ^{Sepulturam} per testes instrumenta aut alia legitima documenta. ~~Sepulturam~~ ^{Sepulchrum} corpore meo
eligo in fossario indeorum civitatis Gerunde, quam mando fieri ad noticiam
dicte commissarie mee. Item, mando quod ~~erogentur~~ ^{eroganda} die mee Sepulture
amore Dei in Monteindahico civitatis Gerunde triginta solidos erogandos
cuilibet persone que ibidem declinaverit, et elemosinam accipere voluerit
singulos ~~hos~~ duos denarios. Item, dimitto Scolæ Indeorum civitatis Gerunde
unam cupam olei ad mensuram Gerunde, annualem et pendalem solvendam
annis singulis vespere diey vocate dies Indulgentiarum. Solens quod heres
mea infrascripta tenatus annis singulis eam solvere. Et ipsa deserviat
ad comburendum dicte Scolæ ad cognitionem heredis mee infrascripte.
Et si forte administratores dicte Scolæ voluerint eam in aliis visibus
converti volo tali casu huiusmodi legatum extingui et suis carere
visibus et effectu. Et huiusmodi legatum duret et durare habeat per
spacium decem annorum a diem mortis mee in antea computan-
dorum, et non ante, quibus elapsis etiam dictum legatum

3) extingatur. Item, dimitto cuilibet filiorum et filiarum meorum, nepotum
et neptum meorum, sive netos et netes, quot die obitus mei habuero iure ins-
titutionis legitime et pro aliis iuribus eis pertinentibus in bonis meis, scilicet
cet, eorum cuilibet quinque solidos barchinonenses in quibus a predicto michi
heredis instituo. Omnia vero alia bona et iura mea ~~non~~ universa ~~quocumque~~
quocumque sint et etiam ubicumque, dimitto et concedo dicte domine
Astrucie, uxor mee, instituens ipsam michi heredem universalem a domibus
suas voluntates inde liberu faciendas. Hec est autem ultima voluntas mea
quam volo valere iure testamenti que si non valet aut valere non poterit
iure testamenti saltem volo quod valeat et valere possit iure codicillorum
vel nuncupationi aut alterius cuiuslibet ultime voluntatis prout me
lius de iure fieri et valere possit atque bene. De qua mea ultime
voluntate volo quod fiant et fieri possint tunc codices seu originalia
testamenta quot per heredem legatarios meos predictos et alios
quorum intersit petita fuerint et requirita per notarium infrascriptum

41 Actum est hoc Barcinone, quindecima die mensis february anno a
Nativitate Domini millesimo .cccc. sexagesimo secundo. Liges num:
Benvenist Samuel Benvenist, testatoris predicti. Qui hoc meum
testamentum, laudo, concedo et firmo.

Festes vocati et rogati huius testamenti sunt: Nicholaus
Labia, Iohannes Fortia, mercatores, cives Barcinone, et Salamo
e Sholsta, iudeus civitatis Gerunde, de dicto testatore plenam notitiam
habentes.

^{en la clausula que instituye heredera universal a su esposa Astruga}
(Nota marginal) "De presenti clausula fuit traditum translatum auc-
tenticum recepto Sancte Inquisitione Inquisitione per Andream
Michaalem Mir, auctoritate regna, notarii publici Barcinone,
~~tenentem~~ tenentem ... scripturas scripturas virtute precepti
Sancte Inquisitione."

(otra nota marginal junto al encabezamiento del testamento, donde el páncho
comienza. "In Dei eterni nominis" se lee lo siguiente: "... virum delmacio

5/ Ferrarii, mercator, vice et loco dicti domini Lrugue, heredis, torori suo.
Leguramente esta persona deli's ser la que n'istó la publicaciori de la
postrema voluntad de ~~La~~ Beuvenist Samuel Beuvenist

Archiv. Historico de Protocolos de Barcelona, leg. II. Esteban Mit.
leg. II. manual de testamentos, años 1456-60.